

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jakob Carmon

**Universitatis Varniacæ Rector, Jacobus Carmon, J. U. & Ph. D. Pand. Prof. Publ.
... De Angelorum Festo rite ac decenter Peragendo, Cives Academicos, pro officii
ratione, publico hoc Programmate admonitos vult**

Rostochii: Typis Johannis Wepplingi[i], [1719?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003987818>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1419. Michael.

4-1256. 159.

Mai. 1719.
UNIVERSITATIS VARNIACÆ
RECTOR,
JACOBUS CARMON,

J. U. & PH. D. PAND. PROF. PUBL.
CONSISTORII DUCAL. MECKLENB. CONSILIAR.

DE
ANGELORUM
FESTO
rite ac decenter
PERAGENDO,
CIVES ACADEMICOS,

pro offici ratione;
publico hoc Programmate
admonitos vult.



ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS WEPPLINGI, SERENISS. PRINC.
& ACAD. Typogr.

M. 1256 107



Ngelorum , & speciatim Michaëlis,
quod vulgo dicitur , hodieque agimus , Festum
jam dudum in Ecclesia receptum ac compluri-
ma per secula celebratum fuit . Qvāqvm
enim non adē satis compertum habeatur ,
quoniam præcise tempore institutum sit , aliis ,
a Felice , Pontifice Romano , circa annum Chri-
sti 480. introductum esse , referentibus , aliis
verò Seculo VI. cum Gelasius Papa papalem
teneret sedem , originem ipsius tribuentibus ; id

tamen certum est , antiquitatē suā se illud commendare . Occasionem
eqvidem illius , si qvid fidei Breviario Romano habendum ; sat fabulosam
deprehendimus , siqvidem hujuscemodi natales ejusdem indicantur . Con-
tagit aliquando , ut in monte Gargano , est ille mons Apuliae , hodie mons
S. Angeli , forte ab iplā , quam memorabimus , hac fabulā , dictus , armenia-
ta pascerentur , & taurus quidam longius à grēge discederet , qui diu qua-
fius tandem in amplissimā speluncā repertus est ; cumq; nonnemo sagittam in
taurum emitteret , sagitta divinitus retorta in ipsum sagittarium recidit . Quo
miraculo territi speluncam intrare ausi non sunt , sed consultus est Episcopus ,
qui triduanum jejuniū indixit , & noctu ab Archangelo fuit admonitus ,
istam speluncam in suā (nempe Archangeli) tutela esse , idoq; se velle , ut
ibidem cultus DEI in sui & angelorum omnium memoriam ageretur . Quo
audito , Episcopus cum plebe ad speluncam progressus eandem instar templi
jam formatam reperit , statimq; locum istum divinis officiis consecravit , unde
postea miracula plura edita . Hanc igitur apparitionem , ferunt , Episco-
pum petmovisse , qui Festum Michaëlis Archangeli institueret celebran-
dum . Vid . JOACH. HILDEBRANDI Lib. de Dieb. Fest. & qvidem
de Feste Michaeli . S. 1. p. m. 107.108. qui mox S. 2. narrationem hanc non
historiam , sed meram potius fabulam habendam esse , ut alia illius ar-
gumenta prætereamus , vel ex eo demonstrat , quod credibile non sit , ut
revera , si loca Apoc . XIX . 10. XXII . 8. 9. conferimus , non est , Michaëlem
Archangelum cultum DEI qvidem , sed sui ipsius in memoriam , qui me-
morialis cultus in Papatu nihil aliud est , quam eorum , qui memorantur ,
adoratio , proposuisse ac poposcisse . Aut , si qvid veri narratori subsit ,
malum genium , Michaëlis nomine , credulis hominibus imposuisse . Utut
verò de primā hujus Festi origine atque occasione sit , nostra saltem Eccle-
siā

Si ipsum, non fabulosæ originis, sed boni in cœtu Christianorum usus ego retinuit, omniq[ue] remotâ superstitione, à cunctis, qvæ idolatriam sapient, repurgatum celebrare suerit. Scilicet, qvamvis Altissimum Numen causa sit omnium, quæcunq[ue] nobis contingunt, vel contingere possunt, corporalium æque ac spiritualium bonorum; qvamvis DEUS ipse curam nostri agat, uti Creator, sic conservator noster, Gubernator, Protecto[r] atq[ue] Defensor; qvamvis etiam, quæ infinita ejus omnipotentia, bonum nostrum immediatè procurare posset; placuit tamen illius erga genus humanum benignitati, Angelos nobis dare Custodes, castra metantes circa timentes ipsum, eosdemq[ue] liberantes, Ps. XXXIV. 8. Hinc à Paulo omnes dicuntur Spiritus ministratoris, in ministerium emissi, propter eos, qui h[ereditati]runt salutem, Ebr. I. 14. Ingentia pariter atq[ue] innumera nobis bona præstantes. Negotium non multæ difficultatis foré, evanescere, quantum emolumenti ab illis in homines singulorum Statuum proficiuntur, si præsens, quem respicimus, scopus illud requireret, pagellarumq[ue], queis includi hanc scriptionem oportet, angustia esset permissura. Sufficiat verò nobis generatim hæc præsupposuisse, ut intelligamus, non habere Ecclesiam nihil causæ Festum Angelorum peragendi. Qvā autem ratione peragendum sit celebrandum? non immerito pli qvarunt atq[ue] prudentes Christiani, multum referre, persuasi, ut ne quid committant voluntati divinæ pariter atq[ue] Ecclesiæ intentioni adversum. Ante omnia ergo tenendum erit, sedulò caveri oportere, ne in Angelolatriam quandam convertatur celebratio hodierni Festi, quā cultui soli Deo ac Salvatori nostro debito detrahatur. Evidem jam olim Essenos Angelos patronorum loco coluisse, relatum legimus, qvi mos etiam in primâ statim Ecclesiâ Christianâ, & ipsis Apostolis adhuc viventibus, qvorundam animos occupasse colligitur ex Col. II. 18. *Πρυτανεῖον τῶν Αγγέλων* improbante. Neq[ue] ignotum est, quo loco Pontificiæ Religioni addicti Angelorum habeant cultum, cui sic dediti, ut ab idolatriæ culpâ se immunes probare nullo modo possint. Ecquid enim de precatonis formula, qvæ Michaëlem hodie alloqyuntur, habendum? *Gloriosæ Princeps Michaël, Archangele, sis memor nostri, & intercede pro nobis!* Qvæ si non Angelolatriam sapit, nescio quid sit angelos invocare. Ut namq[ue] unus Medicator est, sic & unus apud DEum Intercessor noster. At verò aliter è Scripturarum sacrarum fonte docemur, soli DEo adorationis cultum vindicante, Dent. VI. 13. Matth. IV. 10. Et sane, cur invocentur à nobis Angeli, causæ

causæ nihil est quidquam. Nam nec opitulatores nostri sunt, nisi ex
jussu DEI, nec intercessores. Nec etiam audiendi Weigellani Fanatici ve-
niunt, Angelos preces nostras DEo præsentare, earundemque exauditionem,
ac quomodo exceptæ sint, nobis renunciare, dicentes. Qvis enim non anim-
advertisit, hoc dogma, ad statum inandas immediatas, de quibus glorian-
tur, per Angelos factas revelationes aptum judicatum, ex cogitatum ac
inventum fuisse. Nullibi namque Scripturarum Canonistarum hujusmodi
legitur exemplum, quod Angeli hominum preces DEo obtulerint;
nec renunciationem exauditionis ulla historia S. testatur. Nulla in tota
Scriptura hanc in rem promissio exstat, sive Veteris evolvatur, sive Novi
Foederis Codex: promissio autem deficiente, qualemam fides & expecta-
tio solidum habere fundamentum potest? Absit igitur, hodiernum Festum
ita celebramus, ut ad Angelos ipsos cultum dirigamus nostrum. Colamus
DEum, oportet, Angelorum Dominum, ejus prædicemus erga nos beni-
gnitatem, eum laudemus atque celebremus, quod ministratorios spiritus
Istos nobis custodes dedit, nostramque propter salutem emittit. Ipsos sic
imitemur Angelos, DEum celebrantes Majestatem illius laudando, Psalm.
CIII. 20. **CXLIX.** 2. **Ef. VI.** 3. Jam antiquissimi moris fuisse, Angelis
dicari ac consecrari tempa, præsertim Archangelo Michaëli, præter Hi-
storiam Ecclesiasticam, vel ex ipso jure nostro docemur, Imperatore l. 26a
C. de Sacrosanct. Eccles. S. I. fuscante: Si vero unius ex archangelis
(quæsiplam in Testamento) meminerit, vel venerandorum martyrum, nullæ
facta adis mentione, siquidem aliquis sit in illa civitate, vel vicinia ejus, ve-
nerabilis locus in honorem illius reverendissimi archangeli vel martyris cons-
tructus, viseri ipsum scriptum esse hæredem. Cui vel hodiernum insisteres
Pontificis non dubitant. Ast nobis religioni sit, tempa, publico DEi cul-
tui destinanda unicè, Angelorum extremer in honorem. Ad quem enim
cultus in iis peragendus dirigendus est, istius etiam solitas honori sacra had
edificia consecrata sunt. Evidem noui paucis apud nos in locis tempa
reperiuntur à Michaële, fortassis & aliis Angelis, nomen gerentia, quod
tamen virtus verti nobis non potest. Neutiquam enim Angeli cuiuspiam
in honorem id fieri constat, nec ullus in hisdem cultus illis offertur, sed
Prædecessores nostri denominaciones olim illis impositas retinuerent, non
alium in finem, quam ut discretiva nomina essent, quevis Ecclesiæ ab invi-
cme distingverentur, prout etiam Sanctorum nonnullorum, Apostolorum
& Virginis DEI paræ nomina sic apud nos in usu sunt. Præterea non ideo

celib. 212

celebrandum Angelorum est Festum , ut eisdem advoceamus , apparentibus venerationem cultum exhibatur , aut ab illis revelationes expeditur .
Recte beneque hac de re B. SCHOMERUS nostras Theol. Moral. Cap. XI.
§. 4. scribit : Neque etiam apparitiones aut colloquia Angelica hodie experientia nobis sunt in hac vita , cum illorum non tantum nulla facta nobis est promissio , sed & cessatio dardum accidit , cum ultima per Elium DEI , & eorum qui immediate illam ex Spiritu S. afflatis secuti sunt , Apostolos namque & Apostolicos viros , nobis obtrigerit revelatio . Hebr. I. 1. II. 1. seqq. Et præterea fraudes diaboli maxime sub Angelicâ formâ latentes , II. Cor. XI. 14. I. Tim. IV. 1. unde prospicere sibi quisque debet , etiam cum apparitiones quas Angelica ipsi obveniant , ne facile credat . Sed probet Spiritus iuxta Scripturam S. num sint ex DEO I. Joh. IV. 1. Interim , si qua fieret , ut revera DEI iussu , quale quid pliis moribundis nonnunquam contingere non penitus insiciamur . boni Angeli apparetur , honore eos convenienter prosequi , fas esse , concedimus ac arbitramur . Sed uti hoc paucissimis , & brevi quidem tempore , contingit ; ita omnibus , quid omni tempore Angelis debeant , constare oportet , quod exinde concludant , quoniam modo præsens Angelorum Festum peragendum sit celebrandumque . Qvandoquidem igitur tam varia in nos ab Angelis resultant beneficia , pat est , ut eisdem amemus , ac gratiarum illis actionem exhibeamus . Angelos , ad imitationem DEI , homines impensé amare , ut illorum salutem non optent modo , sed & , quantum in ipsis , promovere studeant . nullum nos bis relictum dubium est . Johannes I. Epist. Cap. IV. 19. DEum ex ea ratione diligere nos jubet , qvia ille prior dilexit nos . Similiter ad Angelos nos prius amantes redamandos à nobis concludamus . Benefactoribus suis beneficiarios gratiam & habere & agere debere , in confesso apud omnes est , adeò ut , quanquam in animo ingrato per se nulla sit injuria : fœdus tamen & magis odiosum ac detestabile habeatur nomen ingrati , quam injusti : dicebat PUFENDORFFIO Lib. I. de Off. Hom. & Ciu Cap. IIX. §. 2. Jam vero , præter gratitudinem , qvod Angelis retribueremus , in potestate nostrâ nihil est : qvapropter ad eandem erga illos nos tanto magis obstrictos reputemus , decet . Qvò frequenter allorum in nos collata beneficia memori mente recolimus , eò sapius ad gratiam illis referendam excitabimus . Hodiernum Festum occasionem nobis exhibet , quantum boni bonorum Angelorum ministerio in nos profectum , in memoriam nobis revocandi . Primum igitur Angelorum quidem Dominos

hos suos ministros nostram in salutem emittentis; deinde vero & illis ipsis
pro sua nostri cura operaque gratias exsolvamus. Ex testimonio Salva-
toris nostri veracissimo beati futuri sunt ἵεραγάλη, Matth. XXII. 30.
Luc. XX. 36. Qvisquis igitur futurā in vita sicut Angeli fieri cupit, Is in
hac etiam vita, quantum congenita omnibus imbecillitas atque corruptio-
fieri permittit, Angelis se assimilare studeat, oportet. Quae autem illa Ange-
lorum similitudo? Sunt Angeli sancti Spiritus, Matth. XXV. 31. Marc.
IX. 38. Qilibet vero sui similibus sociari amat: Quamobrem Angelorum
consortio frui cupiens sanctimoniam vlt̄ se ficitur, sine quā nemo videbit
Dominum, Ebr. XI. 14. Puritati cordis studeamus, obedientiae, humili-
tati & modestiae. Sunt namque illi puri ac mundi, nullā peccati labo infe-
cti, sunt DEO Christoque obedientes, humiles se præbent, puerorum & vi-
llissimorum, qui nobis videntur, hominum suscipere custodiam non dedi-
guantes. Caveamus nobis sedulò ab omnibus, quæcunque Angelis custo-
diam nostri molestam, consortium abominabile reddere queunt. Fugiamus
superbiā, luxum, odia, iram, invidiā, omnemque impuritatem. Vocantus
Spiritū nostri 2. Cor. XI. 14. Angeli lucis. Ut igitur lux tenebris oppo-
site; ita nec Angelis lucis cum principe tenebrarum seculi hujus, ceu Diabolus Eph VI. 12. dicitur, convenire potest. Quæ enim communio luci
cum tenebris? 2. Cor. VI. 14. Imitemini ergo, Vos hortor, CIVES ACA-
DEMICI! Angelos lucis, repudiato & abjecto omni cum principe tene-
brarum commercio, quo constringuntur, quicunque in voluntaris pecca-
tis, ut ut moniti, perseverant. Cogitetis, quæso, freqenter effatum Christi
Ioh. III. 20. omnis, qui mala facit, edit lucem, & non venit ad lucem, ne co-
arguantur opera ejus. Quam vellent, Vos omnes horum verborum in vita
observantissimi, ut oportebat, essetis! Sed quid de illis quibusdam dicendum,
qui ē cœtu vestro, ut non paucorum civitatis hujus incolarum querelis de-
latum ad nos est, cum mediā ferè nox humida cœli metā contigit,
- - - fusique urbis per mania cuncti;

Conticnere, sopor fessos complectitur artus,
Inebriati discursantes, plateas ingenti clamore resonanteque boatu replero
non verentur, aliis molesti, quam ipsis sive crapula prohibet sive petulantia,
quietem invidentes, sibi tamen ipsis iniqvissimi. An forsitan creditis, Angelis
lucis, sanctissimis spiritibus illis, hæc opera tenebrarum placere? Cogitetis
potius, quantum gaudii hujusmodi filii tenebrarum creent illi tenebrarum
principi, qui, Petro I. Ep. V. 8. dicente, sicut leo rugiens, noctu cum primis, cir-
cumit,

sumit, querens, quem absorbeat. Et tam sevo adversario in oceum non regit,
sed currere horum dubitatis? Certè, bonorum Angelorum custodiâ hoc pacio.
Ip̄sime Vos redditis indignos. Quam nobrem sincerè serioque Vos horor,
dicto audientes sita monenti, respicentes desistite à perverso hoc more, ut
ne vos ipsi angelicâ custodiâ privetis, & divinam non solum, sed humanam
etiam poenam incurris, non semel, sed iterum & plusque Noctivagis à Rev.
Concilio dictatam, cum rigore post hac, malo crescente, exequendam. Nil
amplius Vobis in posterum cum tenebrarum filiis commercii sit, sed Angelos
lucis sequarmini ac imitemini, viventes juxta monitum Apostoli, Rom. XIII.
ff. 12. 13. Hoc etiam scientes, scilicet tempus, quod hora sit, ut nos iam e somno
surgamus; nunc enim propius nostra salus est, quam quando credidimus. Nox
transit, dies autem appropinquavit. Deponamus ergo opera tenebrarum, &
induimus arma lucis. Sicut in die compositè ambulemus, non comessatio-
nibus & ebrietatibus, non cubiculis & proterviis, non contentione & zelo. Sed
induite Dominum Iesum Christum. Angelos nos revereri debere, ex 1. Cor.
XII. 10. colligitur: Unde Veterum monitum fuit: In quoque anguloreve-
rentiam exhibe tuo Angelo. Num cullibet hominum certus quidam assigna-
tus sit Angelus tutelaris, qui per omnia vitam eidem veluti comes adsit,
non evidem definire audemus; Interim, Angelos custodes atque tutores
nostros esse, certissimum est ex Gen. XXXII. 1. 2. Matth. XXIX. 10. Luc.
XVI. 22. Act. XII. 15. Præsentes igitur nobis sunt, ideoque ipsos verecun-
de reveremur, fas est, studiose præcaventes, ne impudicitia & impuritate vil-
ta, jocis scandala patere aptis, cantilenis lasciviam proterviamque spiran-
tibus, abigantur. Non potest non cuivis anima Christianæ salutis sua cu-
pidæ ac studiose jucundissimum esse, quod Salvator noster Luc. XV. 10.
edixit: Dico vobis, gaudium erit coram Angelis DEI super uno peccatoris
penitentiam agente. Quidam ergo penitentia nostrâ delectantur Angeli,
vel ideo, mala deleentes, seriatim nos ad DEum penitentia convertamus,
novam subinde gaudendi materiam velut illis suppeditaturi. Quæ cete-
roquin è magis necessaria est, quo frequentius, si non ex proæfisi, ex in-
firmitate tam enī connata, quotidianè peccamus. Hæc agentes, CIVES!
Festum Angelorum dignè & omni absqve superstitione celebrabimus, DEO,
quæ DEI sunt, Angelis, quæ Angelorum, suum cuique, tribuentes. Atque sic
non solo Angelorum festo, id est, semel tantum quotannis, sed quotidie,
(quotidie enim comitatu eorum atque tutela fruimur) Angelorum con-
ducit Dominusque pro illorum protectione laudes cantemus, utque eorum
opera

opera & ministerio viterlus nos soveat atque ab omni malo tucatur, pre-
ceretur, dicentes:

Dicimus grates tibi, summe rerum
Conditor, gratia tua quod ministros
Flamineos fixit manus angelorum

Agmina pura.

Quia tua luscis radiis vibrantes,
Te vident leuis oculis, tuasq;
Hauriant voces, sapientiaeq;
Fonit fruuntur.

Hos nec ignarum finis esse vulgus,
Nec per ingentem voluntare frustra
Aetheris tractus, temere nec inter-
Ludere ventos,
Sed jubes Christo comites adesse,
Et pios coetus hominum tueri,
Qui tuas leges venerantur, atque
Discere curant.

Impuls ardens oditis, & tra,
Nam tuis castris Draco semper infert
Bella, qui primus scelus atque mortem
Intulit orbis.

Et tuo templo vigiles ut addas
Angelos semper, populoque grati
Qui tui verbum colit, obsecramus
Pectore tota.

P.P. Sub Sigillo Rectorali Academicō
in Festo S. Angelorum Anno MDCCXIX.

• 6 (○) 90 •

Interim sed nos regit angelorum,
Qua Duce Christum sequitur caterva,
Atque grassantis reprimit cruenta
Arma Draconis.

Angeli Lotson Sodoma tuentur,
Inter infestos Eliseus hostes
Angelis cinctus, nihil extimescit
Bellica signa.

Tutus est inter medios leones,
Angelis septus Daniel Propheta.
Sic regit semper Deus his ministris
Omnia nostra.

Hoc tuum munus celebramus una,
Et tibi noster Chorus, Angelique
Gratias dicunt, simul accinentes,
Conditor alme.




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003987818/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003987818/phys_0012)

DFG

sumit, querens, quem absorberat. Et tam saevo adversario in occur-
sed currere hon dubitatis? Certè, bonorum Angelorum custod
ipsmet Vos redditis indignos. Quattrobrem sincerè serioque
dicto audientes sitis monenti, resipiscentes defistite à perverso
ne vos ipsi angelicâ custodia privetis, & divinam non solum, si
etiam pœnam incurris, non semel sed iterum sapienter Nostr
Concilio dictatam, cum rigore posthaec, malo crescente, exequ
amplius Vobis in posterum cum tenebrarum filiis commercii si
lucis sequarmini ac imitemini, viventes juxta monitum Aposto
li, 12. 13. Hoc etiam scientes, scilicet tempus, quod hora sit, ut nos
surgamus: nunc enim proprius nostra salus est, quam quando cre
transit, dies autem appropinquavit. Deponamus ergo opera tem
indramus arma lucis. Sicut in die composite ambulemus, non
nibus & ebrietatibus, non cubiculis & proterviis, non contention
induite Dominum Jesum Christum. Angelos nos revereri deb
et. 10. colligitur: Unde Veterum monitum fuit: In quovis
rentiam exhibe tuo Angelo. Num cuilibet hominum certus qui
tus sit Angelus tutelaris, qui per omnia vitam eidem veluti
non evidenter definire audemus; Interim, Angelos custodes a
nostros esse, certissimum est ex Gen. XXXII. 1. 2. Matth. XII
XVI. 22. Act. XII 15. Præsentes igitur nobis sunt, id eo que ip
de reveremur, fas est, studiose præcaventes, ne impudicitia & i
tae, jocis scandalis patere aptis, cantilenis lasciviam protervian
tibus, abigantur. Non potest non cuivis anima Christiana si
pidæ ac studiose jucundissimum esse, quod Salvator noster
edixit: Dico vobis, gaudium erit coram Angelis DEI super
penitentiam agentem. Quid si ergo penitentia nostrâ delecta
vel ideo, mala deserentes, seriâ nos ad DEum penitentia
novam subinde gaudendi materiam velut illis suppeditaturi.
roquin eò magis necessaria est, quo frequentius, si non ex pro
firmitate tamè connata, quotidie peccamus. Hac agentes, C
sum Angelorum dignè & omni absqve superstitione celebrab
qua DEI sunt, Angelis, qua Angelorum, suum cuique, tribuent
non solo Angelorum Festo, id est, semel tantum quotannis,
(quotidie enim comitatu eorum atque tutela fruimur) Ang
elicâ Dominoque pro illorum protectione laudes cantemus,



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. C 212